



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

39. de immutabilitate scientiæ Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

**A**D id autem quod prædictum est, scilicet præscientiam Dei falli non posse, solet à quibusdam ita opponi: Si Deus præuiderit hunc lecturum, cum possit non legere, sequitur quòd præscientia Dei falli potest. Sed dicendum, quòd si nõ legeret, non à Deo præscitum esset. At illi urgent dicentes, Vel potest aliter fieri, quàm Deus præsciuerit, vel non aliter. Si primum, ergo præscientia falli potest: Si secundum, ergo necessario res præscita eueniet. Ad quod dicimus, illam loquutionem, Aliter potest fieri, quàm Deus præsciuit, & alias huiusmodi, ut potest nõ esse quod Deus præsciuit, & implere est nõ esse quod Deus præsciuit, &c. posse intelligi vel cõiunctim, ut conditio non sit implicita. & tunc vera est hæc, Nõ potest aliter fieri, quàm à Deo præscitum sit. Si autem disiunctim, tunc falsa est, &c. Si verò dicis Deum nõ potuisse non præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere ut non fieret: & ita non esse præscitum.

**DE IMMUTABILITATE**  
scientiæ Dei.

**D I S T I N C T.** Trigesimænonæ  
**C A P.** Primum.

*Deus vnica & immutabili scientia scit simul  
præsentia omnia, præterita, & futura.*

K iij



**Q**uari solet an Dei scientia augeri vel minui possit siue mutari. Quod sane videtur, quia potest scire hunc lecturum, quem nunquam ante sciuit. ergo &c. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis, nec augeri nec minui potest. Nam (vt ait Aug. libr. 15. de Trinita.)<sup>cap. 13.</sup> scientia Dei est ipsa sapientia, quæ est ipsa essentia: quia in illius naturæ simplicitate mirabili nõ est aliud sapere, & aliud esse. sed quod est sapere, hoc est & esse, &c. Ideoque nouit omnia Verbum, & omnia simul videt, quorum nullum est quod nõ semper videat & sciat, quæ omnia similiter nouit Pater, &c. Sicut ergo non potest augeri vel minui diuina essentia, ita nec diuina scientia. Et tamen conceditur posse scire quod non scit, & posse non scire quod scit: quia posset aliquid subiectum esse eius scientiæ, quod non est: & posset non esse subiectum aliquid quod est sine permutatione ipsius scientiæ.

*Hæc propositio, Deus potest scire quæ nõ sciunt, dupliciter reddit sensum, compositum & diuisum.*

**C**A P. Secundum. Deus nil scit de nouo.

**S**I quis opponat: Si Deus potest aliquid scire vel præscire quod nunquam sciuit vel præsciuit: potest ergo ex tẽpore aliquid scire vel præscire. Ad quod dicimus: Si dicatur modo posse scire vel præscire quæ ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est ita quod ab æterno nõ sciuerit vel præsciuerit, quasi vtrũque simul esse possit, falsum est. Si



verò dicas eum posse modo scire vel præscire quod ab æterno nō sciuit vel præsciuit, id est habere potētiam sciendi vel præsciendi ab æterno & modo aliquid, nec tamē illud præscitum est vel futurū, verum est. Non potest ergo nouiter scire vel præscire aliquid: sicut non potest nouiter vel ex tempore velle aliquid: & tamen potest velle quod nunquam voluit. In quo sensu distinguatur quòd Deus plura scire potest quàm scit.

Cap. I. Ei verò quod prædictū est ex Aug. scil. q̄  
 Verbū semper omnia videt & simul, videtur  
 obuiare quod ait Hieron. in Abacuch: Absur-  
 dum est autē ad hoc deducere Dei maiesta-  
 tem (ait) vt sciat per momenta singula quot  
 culices nascātur, quòtve moriātur, quota pu-  
 licū & muscarū sit multitudo, quòtve pisces  
 natent in aquis, & similia. Nō sumus tā fatuū  
 adultores Dei, &c. Igitur Deus minimorū  
 sciētīā ac prouidētīā nō habet. Dicēdū q̄ Hie. *Duplex*  
 nō negat Deū illa minima scire & cognosce- *prouidētīā*  
 re per momēra quib⁹ incipiūt ac desinūt, ac *in Deo, de*  
 prouidere illis. Prouidētīā enim & curā de om- *nobis &*  
 nib⁹ habet: sed specialē de rationalib⁹ creatu *de brutis.*  
 ris, qb⁹ rectē viuēdi legē præscripsit, ac præ-  
 mia pmisit. Hāc q̄; prouidētīā ac curā de irratio-  
 nalib⁹ nō habet. Ideo dicit Apost. Nō est deo  
 I. cor. 9 cura de bobus. Prouidet tamē oībus, quia fa-  
 cit oībus solē suū oriri, &c. de qua prouidētīa  
 Sap. 12 dicit Scriptura, Quia ipsi cura est de oībus.